A. D. 1906.

CURRENDA

VI, VII.

E Sacra Congregatione Concilii

DECRETUM

de quotidiana SS. Eucharistiae sumptione.

Sacra Tridentina Synodus, perspectas habens ineffabiles quae Christifidelibus obveniunt gratiarum divitias, sanctissimam Eucharistiam sumentibus (*Sess. 22. cap. 6*) ait: *Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent.* Quae verba satis aperte produnt Ecclesiae desiderium ut omnes Christifideles illo coelesti convivio quotidie reficiantur, et pleniores ex eo sanctificationis hauriant effectus.

Huiusmodi vero vota cum illo cohaerent desiderio, quo Christus Dominus incensus hoc divinum Sacramentum instituit. Ipse enim nec semel nec obscure necessitatem innuit suae carnis crebro manducandae suique sanguinis bibendi, praesertim his verbis: *Hic est panis de coelo descendens; non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt: qui manducat hunc panem vivet in aeternum* (Ioan., VI. 59). Ex qua comparatione cibi angelici cum pane et manna facile a discipulis intelligi poterat, quemadmodum pane corpus quotidie nutritur, et manna

Postanowienie św. Kongregacyi

SOBORU TRYDENCKIEGO

w kwestyi Komunii św. codziennej.

Święty sobór Trydencki mając na względzie niewyczerpane skarby łaski, jakie wierni otrzymują w Komunii św. w następujących słowach wyraża swą myśl na Sesji XXII. roz. VI:

Święty Sobór pragnie, aby na każdej Mszy św. obecni nietylko duchownie komunikowali, ale również i przyjmowali Komunię św. sakramentalną.

Słowa te jasno ukazują, że Kościoła dążeniem jest, aby wszyscy wierni co dzień brali czynny udział w tej niebieskiej uczcie i wyciągali stąd jak najobficiej wciąż udoskonalające się owoce uświętobliwienia duszy.

Życzenie to odpowiada całkowicie pragnieniu, jakie miał Zbawiciel, ustanawiając ten boski Sakrament. I rzeczywiście niejednokrotnie, w jasnych i określanych słowach mówił Jezus o niezbędnej konieczności częstego pożywania jego ciała i picia jego krwi, zwłaszcza u św. Jana (VI, 59):

Ten ci jest chleb, który z nieba zstąpił; ojcowie wasi jedli mannę na puszczy i pomarli; jeśliby kto pożywał tego chleba żyć będzie na wieki.

in deserto Hebraei quotidie refecti sunt, ita animam christianam caelesti pane vesci posse quotidie ac recreari. Insuper quod in oratione Dominica exposci jubet *panem nostrum quotidianum,* per id SS. Ecclesiae Patres fere unanimes decent, non tam materialem panem, corporis escam, quam panem eucharisticum quotidie sumendum intelligi debere.

Desiderium vero Jesu Christi et Ecclesiae, ut omnes Christifideles quotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles, per sacramentum Deo coniuncti, robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quae quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragilitas est obnoxia, praecavenda; non autem praecipue ut Domini honori, ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut praemium sit suarum virtutum (S. August. *Serm. 57 in Matth. De Orat. Dom., v. 7).* Unde S. Tridentinum Concilium Eucharistiam vocat *antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur (Sess. 13, cap. 2).*

Hanc Dei voluntatem priores Christifideles probe intelligentes, quotidie ad hanc vitae ac fortitudinis mensam accurrebant. *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis* (Act., II, 42). Quod saeculis posterioribus etiam factum esse, non sine magno perfectionis ac sanctitatis emolumento, Sancti Patres atque ecclesiastici Scriptores tradiderunt.

Defervescente interim pietate, ac potissimum postea Ianseniana lue undequaque grassante, disputari coeptum est de dispositionibus, quibus ad frequentem et quotidianam Communionem accedere oporteat, atque alii prae aliis maiores ac difficiliores, tamquam necessarias, expo-

Porównywając w ten sposób pokarm aniołów z chlebem i manną, chciał Jezus jasno dać do zrozumienia swoim uczniom że, jeśli ciało codziennie karmi się chlebem; jeśli Żydzi na puszczy codziennie jedli mannę, to również dusza chrześcijańska może codzień zasilać się i karmić tym chlebem, który z nieba zstąpił. Oprócz tego w słowach modlitwy „Ojcze nasz", w których Zbawiciel nakazuje prosić o *nasz chleb codzienny* Ojcowie kościoła prawie jednogłośnie upatrują nie tyle znaczenie chleba materyalnego potrzebnego ciału do życia, ile Chleb eucharystyczny, który codziennie należy przyjmować.

Atoli pragnienie Jezusa Chrystusa i Kościoła, mające na celu codzienne przystępowania wiernych do Stołu Pańskiego dąży przedewszystkiem do osiągnięcia następującego skutku: niechaj wierni, zjednoczeni z Bogiem przez Najśw. Sakrament, czerpią stąd siłę do zwalczenia swoich żądz, niechaj gładzą codziennie niedoskonałości i drobne winy, oraz zabezpieczają się w ten sposób od ciężkich grzechów, na które wciąż jest wystawiona ludzka słabość charakteru: zatem na pierwszem miejscu bynajmniej nie jest postawiona cześć i wielbienie Jezusa Chrystusa lub uznanie i nagroda dla stopnia cnoty komunikującego. (Św. Augustyn kazanie 57 o modlitwie Pańskiej w r. 7 św. Mateusza). Z tego to powodu Święty Sobór Trydencki nazywa Eucharystyę: *antidotum* (lekarstwo), *które gładzi w nas codzienne winy* i zabezpiecza *od grzechów śmiertelnych* (Sess. XIII, roz. I).

Boska ta wola w przedziwny sposób była zrozumianą i podjętą przez pierwszych chrześcijan, którzy codziennie przystępowali do tego Stołu życia i siły. I *trwali w nauce Apostolskiej i w uczestnictwie łamania chleba* (Dzieje Ap. II. 42).

stularunt. Huiusmodi disceptationes id effecerunt, ut perpauci digni haberentur qui SS. Eucharistiam quotidie sumerent, et ex tam salutifero sacramento pleniores effectus haurirent; contentis caeteris eo refici aut semel in anno, aut singulis mensibus, vel unaquaque ad summum hebdomada. Quin etiam eo severitatis ventum est, ut a frequentanda caelesti mensa integri coetus excluderentur, uti mercatorum, aut eorum *qui essent matrimonio coniuncti.*

Nonnulli tamen in contrariam abierunt sententiam. Hi, arbitrati Communionem quotidianam iure divino esse praeceptam ne dies ulla praeteriret a Communione vacua, praeter alia a probato Ecclesiae usu aliena, etiam feria VI. in Parasceve Eucharistiam sumendam censebant, et ministrabant.

Ad haec Sancta Sedes officio proprio non defuit. Nam per decretum huius Sacri Ordinis, quod incipit *Cum ad aures,* diei 12 mensis Februarii anni 1679, Innocentio Pp. XI. adprobante, errores huiusmodi dammnavit et abusus compescuit, simul declarans omnes cuiusvis coetus, mercatoribus atque coniugatis minime exceptis, ad Communionis frequentiam admitti posse, iuxta singulorum pietatem et sui cuiusque Confessarii iudicium. Die vero 7 mensis Decembris a. 1690, per decretum *Sanctissimus Dominus noster* Alexandri Pp. VIII. propositio Baii, purissimum Dei amorem absque ullius defectus mixtione requirens ab iis qui ad sacram mensam vellent accedere, proscripta fuit.

Virus tamen iansenianum, quod bonorum etiam animos infecerat, sub specie honoris ac venerationis Eucharistiae debiti, haud penitus evanuit. Quaestio de dispositionibus ad frequentandam recte ac legitime Communionem Sanctae Sedis declarationibus supervixit; quo factum est

W następnych wiekach ten sam zachował się zwyczaj, który wydawał wielkie owoce doskonałości i świętości życia, jak świadczą Ojcowie święci i pisarze kościelni.

Gdy pobożność stopniowo stygnąć poczęła, a następnie herezya jansenistów wszędzie swój jad zapuściła, poczęto wiele rozprawiać o usposobieniu, wymaganem do częstej i codziennej Komunii św., stawiając coraz trudniejsze wymagania, oraz co raz bardziej doskonałe przygotowanie, jako warunek konieczny. Rozprawy te miały ten wynik, że bardzo małą liczbę chrześcijan osądzono za godnych przystępowania codziennie do Stołu Pańskiego i korzystania z tych arcyzbawiennych owoców, jakie ten Sakrament w sobie zawiera; zadawalniano się przystępowaniem do Komunii św. raz na rok lub raz na miesiąc lub co najwyżej raz na tydzień. Niebawem doszli do takiego stopnia surowości, że zabraniano Komunii św. częstszej osobom całego stanu, naprzykład ludziom żyjącym w małżeństwie lub zajmującym się handlem.

Niektórzy doszli do drugiej ostateczności—myśląc, że Komunia św. codzienna jest prawem Bożem nakazana, nie chcieli jednego dnia nawet być jej pozbawionymi, między innemi naruszali odwieczne zwyczaje Kościoła, dowodząc, że należy przyjmować Eucharystję nawet w wielki piątek i takową rzeczywiście w ten dzień rozdawali.

Wobec tych nadużyć Stolica Apostolska niezapomniała obowiązku na niej spoczywającego Albowiem dekret św. Kongregacji, rozpoczynający się od słów *Cum ad aures* z dnia 12 lutego 1670 wydany z polecenia papieża Innocentego XI. [1]) potępił te błędy i powstrzymał nadużycia, oświadczając jednocześnie, że wszyscy

[1]) Dekret ten poniżej w całości podany.

ut nonnulli etiam boni nominis Theologi, raro et positis compluribus conditionibus, quotidianam Communionem fidelibus permitti posse censuerint.

Non defuerunt aliunde viri doctrina ac pietate praediti, qui faciliorem aditum praeberent huic tam salubri Deoque accepto usui, docentes, autoritate Patrum, nullum Ecclesiae praeceptum esse circa maiores dispositiones ad quotidianam, quam ad hebdomadariam aut menstruam Communionem: fructus vero uberiores longe fore ex quotidiana Communione, quam ex hebdomadaria aut menstrua.

Quaestiones super hac re diebus nostris adauctae sunt et non sine acrimonia exagitatae; quibus Confessariorum mentes atque fidelium conscientiae perturbantur, cum christianae pietatis ac fervoris haud mediocri detrimento. A viris idcirco praeclarissimis ac animarum Pastoribus SSmo Dno Nostro Pio Pp. X. enixae preces porrectae sunt, ut suprema Sua auctoritate quaestionem de dispositionibus ad Eucharistiam quotidie sumendam dirimere dignaretur; ita ut haec saluberrima ac Deo acceptissima consuetudo non modo non minuatur inter fideles, sed potius augeatur et ubique propagetur, hisce diebus potissimum, quibus Religio ac fides catholica undequaque impetitur, ac vera Dei charitas et pietas haud parum desideratur. Sanctitas vero Sua, cum Ipsi maxime cordi sit, ea qua pollet sollicitudine ac studio, ut christianus populus ad Sacrum convivium perquam frequenter et etiam quotidie advocetur eiusque fructibus amplissimis potiatur, quaestionem praedictam huic Sacro Ordini examinandam ac definiendam commisit.

Sacra Concilii Congregatio in plenariis Comitiis die 16 mensis Dec. 1905 hanc rem ad examen accuratissimum revocavit, et rationibus hinc inde adductis

wierni wszystkich stanów, niewyłączając kupców i małżonków, mogą przystępować do częstej Komunii św., każdy stósownie do swej pobożności i rady swego spowiednika. Dnia zaś 7 grudnia 1790 r. dekretem *Sanctissimus Dominus noster*, Aleksander VIII. potępił naukę Bajusa, wymagającą najczystszej miłości Boga, niedopuszczającej żadnej domieszki niedoskonałości w duszach tych, co chcą komunikować.

Lecz jad jansenistowskiej herezji, występując pod płaszczykiem czci i uszanowania dla Eucharystji, zaraził najlepsze nawet umysły i dotąd jeszcze całkowicie nie zanikł. Pytanie co do godnego i prawnego usposobienia duszy przy częstej Komunii św. mimo oświadczeń Stolicy Apostolskiej nie zostało ustalone: stąd wielu bardzo poważnych i sławnych teologów uczyło i dotąd jeszcze utrzymują, że na codzienną Komunję św. nie można pozwolić wiernym tylko pod szczególniejszymi warunkami i wogóle w rzadkich wypadkach.

Nie brakowało jednakże ludzi pobożnych i uczonych, którzy pozwalali przy warunkach o wiele łatwiejszych na tę zbawienną praktykę, a tak miłą Bogu i uczyli, opierając się na powadze Ojców, że Kościół nie wydał żadnego rozporządzenia, któreby wymagało dla Komunii św. codziennej doskonalszego usposobienia duszy, jak przy Komunii św. miesięcznej lub tygodniowej, oraz, że owoce stokroć większe wypływają z codziennej, aniżeli z miesięcznej lub tygodniowej Komunii św.

Za naszych dni rozprawy w tym przedmiocie znacznie się zwiększyły, przybierając nieraz nawet cechę bardzo ostrą i namiętną; umysły spowiedników i sumienie ludu wiernego zostało w tym względzie bardzo zatrwożone z wielką szkodą

sedula maturitate perpensis, ea quae sequuntur statuit ac declaravit:

1⁰ Communio frequens et quotidiana, utpote a Christo Domino et a Catholica Ecclesia optatissima, omnibus Christifidelibus cuiusvis ordinis aut conditionis pateat; ita ut nemo, qui in statu gratiae sit et cum recta piaque mente ad S. Mensam accedat, prohiberi ab ea possit.

2⁰ Recta autem mens in eo est, ut qui ad S. Mensam accedit non usui, aut vanitati, aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius charitate coniungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere.

3⁰ Etsi quam maxime expediat ut frequenti et quotidiana Communione utentes venialibus peccatis, saltem plene deliberatis, eorumque affectu sint expertes, sufficit nihilominus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se nunquam in posterum peccaturos; quo sincero animi proposito, fieri non potest quin quotidie communicantes a peccatis etiam venialibus, ab eorumque affectu sensim se expediant.

4⁰ Cum vero Sacramenta Novae Legis, etsi effectum suum ex opere operato sortiantur, maiorem tamen producant effectum quo maiores dispositiones in iis suscipiendis adhibeantur, idcirco curandum est ut sedula ad Sacram Communionem praeparatio antecedat, et congrua gratiarum actio inde sequatur, iuxta uniuscuiusque vires, conditionem ac officia.

5⁰ Ut frequens et quotidiana Communio maiori prudentia fiat uberiorique merito augeatur, oportet ut Confessarii consilium intercedat. Caveant tamen Confessarii ne a frequenti seu quotidiana Communione quemquam avertant, qui in statu gratiae reperiatur et recta mente accedat.

6⁰ Cum autem perspicuum sit ex frequenti seu quotidiana S. Eucharistiae

pobożności i katolickiego nabożeństwa— stąd osobistości bardzo wybitne, Pasterze dusz, nieustannie błagali naszego Ojca Świętego Papieża Piusa X., aby władzą swoją najwyższą raz na zawsze rozstrzygnął to pytanie co do usposobienia duszy, wymaganego do codziennej Komunii św., a to w tym celu, by ta zbawienna praktyka, a bardzo miła Panu Bogu, nietylko nie zmniejszała się wśród wiernych, ale wzrastała raczej szerząc się wszędzie; zwłaszcza za naszych czasów, gdy religia i wiara katolicka, jak nigdy, wystawioną jest na walkę i zamachy zaciętych jej wrogów, gdy miłość Boga i pobożność prawdziwa, tyle do życzenia pozostawia.

Jego Świątobliwość w swej wielkiej żarliwości i staraniu o zbawienie dusz, gorąco pragnąc, aby lud chrześcijański jak najczęściej, a nawet codziennie był zapraszanym do Stołu Pańskiego i obficie korzystał z niewypowiedzianych darów łaski stamtąd płynących, zlecił tej św. Kongregacyi całą tę sprawę do starannego rozważenia i ostatecznego zdecydowania.

Swięta Kongregacya Soboru na swem pełnem zebraniu d. 16 grudnia 1905 roku bardzo starannemu egzaminowi poddała tę sprawę i po najdokładniejszem rozważeniu wszystkich danych za i przeciw określiła i postanowiła następujące punkta:

1. Komunia św. częsta i codzienna tak gorąco upragniona przez naszego Zbawcę Jezusa Chrystusa i Kościół katolicki, powinna być dostępną wszystkim wiernym bez względu na stan i warunki życia, w jakich zostają; stąd nikt, pozostający w stanie łaski i przystępujący z czystą intencyą oraz z pobożnością nie może być usunięty od Stołu Pańskiego.

2. Otóż czysta intencya zasadza się na tem, aby komunikujący w tej świętej

sumptione unionem cum Christo augeri, spiritualem vitam uberius ali, animam virtutibus effusius instrui, et aeternae felicitatis pignus vel firmius sumenti donari, idcirco Parochi, Confessarii et concionatores, iuxta probatam Catechismi Romani doctrinam *(Part. II, n. 60)*, christianum populum ad hunc tam pium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio coherentur.

7⁰ Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis promoveatur; pro quibus tamen firmum sit decretum *Quaemadmodum* diei 17 mensis Decembris 1890 a. S. Congr. Episcoporum et Regularium latum. Quam maxime quoque promoveatur in clericorum Seminariis, quorum alumni altaris inhiant servitio; item in aliis christianis omne genus ephebeis.

8⁰ Si quae sint Instituta, sive votorum solemnium sive simplicium, quorum in regulis aut constitutionibus, vel etiam calendariis, Communiones aliquibus diebus affixae et in iis iussae reperiantur, hae normae tamquam mere *directivae* non tamquam *praeceptivae* putande sunt. Praescriptus vero Communionum numerus haberi debet ut quid minimum pro Religiosorum pietate. Idcirco frequentior vel quotidianus accessus ad eucharisticam mensam libere eisdem patere semper debebit, iuxta normas superius in hoc decreto traditas. Ut autem omnes utriusque sexus religiosi huius decreti dispositiones rite cognoscere queant, singularum domorum moderatores curabunt, ut illud quotannis vernacula lingua in communi legatur intra Octavam festivitatis Corporis Christi.

9⁰ Denique post promulgatum hoc Decretum omnes ecclesiastici scriptores a quavis contentiosa disputatione circa dispositiones ad frequentem et quotidianam Communionem abstineant.

czynności nie kierował się zwyczajem, próżnością lub ludzkimi względami, ale komunikował dla przypodobania się Bogu w celu coraz ściślejszego połączenia się z Nim przez miłość, oraz w celu przeciwdziałania za pomocą tego boskiego lekarstwa ułomnościom i wadom charakteru.

3. O ile bardzo korzystnem i pożądanem jest, aby przystępujący do częstej i codziennej Komunii św. wolnymi byli od grzechów powszednich, przynajmniej dobrowolnych, oraz od upodobania w tychże, niemniej wystarcza, aby wolnymi byli od grzechów śmiertelnych przy silnem postanowieniu niepopełnienia ich więcej. Przy takiem silnem postanowieniu niepodobna, aby komunikując codzień, dusza stopniowo nie pozbywała się grzechów powszednich i upodobania w tychże.

4. Chociaż wszystkie Sakramenta Nowego Przymierza działają i osiągają swój cel i skutek *ex opere operato* tj. niezależnie od człowioka, ale z mocy Jezusa Chrystusa, jednakże bezwarunkowo większe w duszach otrzymujemy skutki w miarę lepszego i doskonalszego usposobienia osób, które je przyjmują, stąd należy bacznie czuwać, aby staranne przygotowanie poprzedzało Komunię św., oraz odpowiednie dziękczynienie po niej następowało, mając na uwadze zdolności i rozwinięcie, warunki i obowiązki każdego komunikującego.

5. Aby Komunia częsta i codzienna mogła być przyjmowaną z większą zasługą i roztropnością, nie można do niej przystępować bez rady spowiednika. Ale spowiednicy niechaj się strzegą odradzać Komunię św. częstą, albo codzienną osobom znajdującym się w stanie łaski i chcącym w czystej intencyi przystępować do Stołu Pańskiego.

Relatis autem his omnibus ad SSmum D. N. Pium PP. X. per infrascriptum S. C. Secretarium in audientia diei 17 mens. Dec. 1905, Sanctitas Sua hoc Emorum Patrum decretum ratum habuit, confirmavit atque edi iussit contrariis quibuscumque minime obstantibus. Mandavit insuper ut mittatur ad omnes locorum Ordinarios et Praelatos Regulares, ad hoc ut illud cum suis Seminariis, Parochis, institutis religiosis et sacerdotibus respective communicent, et de executione eorum quae in eo statuta sunt S. Sedem edoceant in suis relationibus de dioecesis seu instituti statu.

Datum Romae, die 20 Decembris 1905.

† **Vincentius**
Card. Episc. Praenest. *Praef.*
C. De Lai, *Secretarius.*

6. Ponieważ oczywistą jest rzeczą, że częste i codzienne przyjmowanie świętej Eucharystyi zwiększa jedność z Jezusem Chrystusem, obficie zasila życie duchowe wzbogaca duszę cnotami i daje w wymowny sposób zapewnienie życia wiecznego po śmierci, przeto proboszczowie, spowiednicy i kaznodzieje zgodnie z nauką zawartą w katechiźmie rzymskim, nakłaniać będą z wielką gorliwością w częstych naukach lud chrześcijański do tego tak pobożnego i zbawiennego zwyczaju.

7. Niechaj szerzonym będzie zwyczaj częstej i codziennej Komunii świętej przedewszystkiem w Instytutach religijnych wszelkiego rodzaju; w każdym razie dla nich zostaje w całej mocy Dekret *Quemadmodum* z 17 grudnia 1899 r. wydany przez św. Kongregacyę Biskupów i Zakonników [1]). Niech również wszystkie możliwe wysiłki uczynione będą w celu szerzenia w Seminarych kleryków codziennej albo częstej Komunii św., których wychowańcy dążą do służby ołtarza; również to samo we wszystkich zakładach wychowawczych dzieci chrześcijańskich czynić należy.

8. Jeżeli niektóre Instytuty o ślubach uroczystych, lub prostych mają w swoich regułach i postanowieniach wyznaczone dni dla przystępowania do Komunii św., to takie postanowienia są tylko znaczenia czysto *kierowniczego*, a nigdy *nakazującego*. Ilość przepisanych Komunii św. powinna być uważaną jako najmniejszy stopień wymagany dla zakonnej pobożności. Stąd wynika, że dostęp częsty, a nawet i codzienny do Stołu Eucharystycznego powinien być dla nich zawsze wolny, stosownie do zasady wyżej zaznaczonej w niniejszym dekrecie Ażeby wszystkie zakonne osoby obojga płci mogły

[1]) Vide Curr. XII. e. a. 1891.

dobrze obeznać się z rozporządzeniami niniejszego dekretu, przełożeni каżdego domu zarządzą, aby co rok w ojczystym języku wszystkim członkom domu razem zebranym niniejszy dekret był przeczytany, podczas Oktawy Bożego Ciała.

9. W końcu po ogłoszeniu niniejszego Dekretu wszyscy pisarze kościelni powinni wstrzymać się od wszelkich dysput w przedmiocie potrzebnego usposobienia do codziennej i częstej Komunii św.

Po uczynieniu szczegołowego sprawozdania ze wszystkich tych rzeczy Naszemu Ojcu Swiętemu Papieżowi Piusowi X, przez podpisanego Sekretarza św. Kongregacyi, na audyencyi w dniu 17 grudnia 1905 roku Jego Swiątobliwość zaaprobował i potwierdził ten Dekret Ich Eminencyj Ojców i rozkazał ogłosić go bez względu na wszystko sprzeciwiać się temu mogące.

Ponadto rozkazał Ojciec święty rozesłać ten Dekret do wszystkich Ordynaryatów i Prałatów zakonnych w tym celu, aby zakomunikowali swoim seminaryom, proboszczom, instytutom religijnym i kapłanom i aby w sprawozdaniach o stanie dyecezyj lub instytutów oznajmili Stolicy Apostolskiej, co uczynili dla zapewnienia wykonania treści niniejszęgo rozporządzenia.

Dan w Rzymie 20 grudnia 1905.

† **Wincenty**
Kardynał biskup Palestriny.

C. De Lai, Prefekt Sekretarz.

Decretum circa communionem quotidianam.

Cum ad aures SSmi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam dioecesibus vigere usum quotidianae communionis, etiam feria sexta Parasceve, et simul affirmari eamdem quotidianam communionem praeceptam a jure divino; quin etiam in illius administratione aliquot abusus inolevisse, videlicet quod aliqui, non in ecclesia, sed in privatis oratoriis et domi, immo cubantes in lecto et non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentae theca inclusam in crumena aut secreio illis deferunt sacerdotes saeculares aut regulares; aliique in communione accipiunt plures formas ac particulas, vel grandiores solito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici sacerdoti non approbato ab episcopo aut Ordinario. Cum autem haec SSmus consideranda commiserit Sacrae Congregationi Cardinalium Concilii Interpretum, eadem Sacra Congregatio, praevia matura discussione, super praedictis unanimi sententia ita censuit: Etsi frequens quotidianusque Sacrosanctae Eucharistine usus SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen aut saepius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certis singulis mensibus aut hebdomadis dies statuerunt; quos nec Concilium Tridentinum praescripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil praecipiens, quod cuperet indicavit tantum cum inquit: „Optaret quidem Sacrosancta Synodus ut in singulis missis fideles adstantes sacramentali Eucharistiae perceptione communicarent“. Idque non immerito: multiplices enim sunt conscientiarum processus, variae ob negotia spiritus alienationes, multae

econtra gratiae et Dei dona parvulis concessa, quae cum humanis oculis scrutari non possunt, nihil certi de cujusque dignitate atque integritate, ac consequenter de frequentiori aut quotidiana vitalis Panis esu potest constitui; et propterea, quod ad negotiatores attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus confessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, et frequentiae fructu et ad pietatem processu laicis negotiatoribus et conjugatis quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis praescribere debebunt. In conjugatis autem hoc amplius animadvertant, cum Beatus Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admoneant, tanto magis ob Sacratissimae Eucharistae reverentiam continentiae vacandum, puriorique mente ad coelesium epularum communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti aut quotidiana sacrae communionis sumptione unica praecepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum, per se aut parochos aut confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat ut nemo a sacro convivio seu frequentur seu quotidie accesserit, repellatur; et nihilominus det operam, ut unusquisque digne pro devotionis et praeparationis modo, rarius aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem moniales quotidie sacram communionem petentes, admonendae erunt ut in diebus ex earum Ordinis instituto praestitutis communicent; si quae vero puritate mentis eniteant, et fervore spiritus ita incaluerint, ut dignae frequentiori aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a superioribus permittatur. Proderit etiam, praeter parochorum et confessariorum diligentiam, opera quoque concionatorum uti, et cum eis constitutum habere, ut quum fideles ad SS. Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenserint, statim ad illud sumendum de magna praeparatione orationem habeant, generatimque ostendant eos, qui ad frequentiorem aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate sacramenti ac divini judicii formidine, discant coelestem mensam, in qua Christus est, revereri, et si quando se minus paratos senserit, ab ea abstinere, seque ad majorem praeparationem accingere. Episcopi autem, in quorum dioecesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi, adhibito prudentiae et judicii temperamento, alere debebunt, et ab eorum officio postulari sibi maxime persuadebunt, nulli labori aut diligentiae parcendum, ut omnis irreverentiae et scandali suspicio in veri et immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque ac dona in sumentibus augeantur. Quod abunde continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio divina praestante gratia tenentur, seque sacratissimo Pane frequentius refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore et charitate assueverint; quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum et se pretium in morte tradidit, atque in coelesti regno in praemium est daturus, precatur Sacra Congregatio ut suam opem ad dignam praeparationem et sumptionem largiatur.

Porro episcopi et parochi seu confessarii, redarguant asserentes communionem quotidianam esse de jure divino, doceant in ecclesiis seu oratoriis privatis, ex dispositione seu privilegio Pontificis, de manu sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, ut secreto ad existentes domi vel

cubantes in lecto, praaterquam ad infirmos qui ad illam suscipiendam ad loca praedicta accedere non valeant, et ad eos, si ab ecclesia, deferatur publice et cum pompa, juxta formam Ritualis Romani; si vero ab oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam ut circa communionem in feria sexta Parasceve Missalis rubricae et Ecclesiae Romanae usus serventur. Insuper admoneant nulli tradendas plures Eucharistiae formas seu particulas, neque grandiores, sed cosuetas. Non permittant ut venialium confessio fiat simplici sacerdoti non approbato ab episcopo aut Ordinario. Si parochi et confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii sacerdotes, secus egerint, sciant Deo Opt. Max. rationem reddituros esse neque defuturam episcoporum et Ordinariorum justam ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societis Jesu, faculate ipsis episcopis et Ordinariis per hoc decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. Et facta de praemissis omnibus ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac praesens decretum typis mandari ac publicari voluit.

Datum Romae 12 Februarii 1679.

F. Card. COLUMNA, *Praef.*
S. Archiep. BRANCACCIUS, Episc. Viterbien., *Secret.*

Z ŚW. KONGREGACYI OBRZĘDÓW.

1) **Litanię do Wszystkich Świętych** w dzień św. Marka i w dni krzyżowe nie wystarczy odmówić na procesyi po polsku, trzeba ją odmówić z brewiarza wraz z dołączonymi wierszami i modlitwami (bez psalmów pokutnych), jeżeli się ma zadość uczynić obowiązkowi, nałożonemu przez przyjęcie święceń wyższych.

Na pytanie bowiem: „An sacerdos in lingua vernacula Officium divinum Breviarii romani, e. gr. Nativitatis Domini, defunctorum etc. cum populo peragens vel Litanias Sanctorum in processionibus Rogationum eadem lingua persolvens, teneatur has partes Breviarii romani in lingua latina iterum recitare?“ Odpowiedziała św. Kongregacya obrzędów pod dniem 3. lipca 1904: „Affirmative, nam qui ad recitationem divini Officii et cujusvis partis Breviarii romani sunt obligati, tantum in lingua latina haec recitare debent, alias non satisfaciunt obligationi“. (Analecta ecclest. Januarius 1906. pg. 20).

2) Pod dniem 8. lutego 1905. zezwolił Ojciec św. Pius X. na prośbę niektórych Biskupów, by *w litanii o Najswiętszym Imieniu Jezus* po wezwaniu „Przez wniebowstąpienie Twoje“ dodawano wezwanie „Przez Twoje ustanowienie Najświętszego Sakramentu Ołtarza, wybaw nas, Jezu“. (Per Sanctissimae Eucharistiae institutionem Tuam, libera nos, Jesu“), Pragnie Ojciec św., by odmawiający litanię o Imieniu Jezus odświeżali sobie w pamięci i wspomnienie o Najśw. Sakramencie.

---

1. Z św. Kongregacyi Indeksu.

Dekret potępiający dwa dzieła, wydane przez Lizocci'ego i Maggoni'ego.

Feria III. die 12 Decembris 1905.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino Nostro Pio Papa X. Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum habita in Palatio Apostolico Vaticano die 12 Decembris 1905, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

Oniello Lizzocci, Nouvi orizzonti filosofici, ossia avviamento a nouvi studi di filosofia. Pistoia, G. Flori e C. 1904.

Dr. Franco Maggioni, Questioni delicate. Roma, Forzani e C. 1904.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Antonius Vogrinec, decreto S. Congregationis, edito die 3 Junii 1904, quo liber ab eo conscriptus notatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, laudabiliter se subiecit.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 13 Decembris 1905.

Andreas Card. **Steinhuber**, Praefectus.

L. † S. Fr. Thomas **Esser**, Ord. Praed., a Secretis.

Orzeczenie w sprawie szat liturgicznych przy Mszach żałobnych i w sprawie palki kielicha.

I. Quum in Caeremoniali Episcoporum lib. II. cap. XI. n. I. legatur: „Omnia paramenta, tam altaris, quam celebrantis, et ministrorum, librorum, et faldistorii sint nigra et in his nullae imagines mortuorum, vel cruces albae ponantur", quaeritur: An in dictis paramentis repraesentari possint calvaria cum ossibus decussatis defunctorum?

II. Ex decreto S. R. C. n. 3832 *Dubiorum resolutio* 17 Julii 1894 ad IV. permittitur, ut palla calicis in parte superiori sit cooperta panno serico, aut ex auro vel argento, et acu depicto, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat ac pars superior non sit nigri coloris, nec cum aliquo mortis signo. Quaeritur: An huiusmodi palla subnexa possit esse linum cruce munitum et subsutum, ad modum pallae, nec amovibile?

Et Sacra Rituum Congregatio pro solutione horum dubiorum rogata, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, rescribendum censuit:

Ad I. *Negative*, et servetur Caeremoniale Episcoporum, *loc. cit.*

Ad II. *Negative*, et palla subnexa, proprie dicta, sit linea, munda et facile amovibilis.

Atque ita rescripsit. Die 34 Novembris 1905.

A. Card. **Tripepi**, Pro-Praefectus.

L. † S. † **D. Panici**, Archiep. Laodicen., Secretarius.

N. 877.

Udzielanie chorym dzieciom Wiatyku.

Jeden z XX. Wikarych, wezwany do chorego dziecka, mającego 7 lat i chodzącego już do szkoły ale nie uczęszczającego jeszcze do Sakramentów św., postąpił sobie tak, że dziecię to wyspowiadal i dał mu ostatnie Olejem św. namaszczenie lecz Komunii św. mu nie udzielił.

Pytanie czy dobrze zrobił? Odpowiedź jedyna: źle! Jeżeli zdołał dziecię przygotować do pierwszej spowiedzi—to już nie trudno mu było przygotować je na przyjęcie Pana Jezusa, bo według nauki najlepszych Teologów wystarczy w takim wypadku, by dziecko umiało odróżnić Chleb anielski od zwyczajnego pokarmu. Odmawiając a raczej nie dając onemu dziecku P. J., wyrządził mu krzywdę, bo mu nie umożliwił, jak do tego był obowiązany, spełnienia obowiązku chrześciańskiego: przyjęcia Wiatyku w niebezpieczeństwie śmierci. Postąpił sobie według swojej błędnej metody pasterskiej — nie trzymał się rad i wskazówek tak poważnych autorów jak św. Alfons, Lehmkuhl i inni, których zdania dla nauki i tego kapłana i jemu podobnych przytaczamy tu dosłownie: św. Alfons tak pisze sam od siebie: „Pueris, doli capacibus, qui sciunt distinguere Eucharistiam ab alio cibo, danda est probabilius in periculo mortis pro Viatico“ (Th. mor. l. V. tr. III. De Eucharistia). Powołując się zaś na zdania innych uczonych, powiada tenżesam św. Doktor kościoła tak: „Vel ipsi pueri tenentur Viaticum suscipere, si doli capaces sint et cibum istum coelestem et supernum a communi et materiali discernant: etsi nondum habeant aetatem requisitam ad primam Communionem. Ita communissime cum Benedicto XIV.; nam ex una parte tenentur tunc ex praecepto divino communicare, cum tempus urget ac necessitas impellit; ex alia sufficientem devotionem concipere possunt“ (ibid.).

W kazuistyce zaś Lehmkula (Casus Conscientiae T. II. n. 150) tak czytamy: „Verum obligatio extraordinaria (ad sumensi ss. Viaticum) pro tempore mortis aderit quacunque aetate, quam primum, non plena quidem, sufficiens tamen cognitio hujus ss. Sacramenti habetur“.

Podobnie zarządza sławna Instrukcya eisztadzka, tak mówiąc: „Sufficiens usus rationis pro prima Communione ordinarie fit intra annum decimum et decimum quintum; attamen potissimum hic standum est judicio parochi aut confessarii, qui tamen caveant, ne nimis diu absque causa pueros differendo gratia sacramentali indiscrete privent; inde praesertim imminente periculo vitae, etiam ante dictam aetatem, supposita instructione, eorum desideriis est satisfaciendum“ pag. 55.

W sprawie zaległości w Mszach św. z Funduszu religijnego.

Na prośbę Naszą, z dnia 30. stycznia b. r. raczył Ojciec św. za pośrednictwem św. Kongregacyi Tłumaczy uchwał Soboru Trydenckiego dnia 23. marca 1906. darować najmiłościwiej wszystkie dotychczasowe zaniedbania w tej sprawie pod warunkiem, iż za nie odprawione będą trzy Msze św. za fundatorów w ogólności.

Warunkowi temu czynimy zadosyć w ten sposób, iż z funduszów kancelaryjnych dajemy stypendya na trzy ciche Msze św. wyżej wskazane.

N. 1304.

SERWITUTY LASOWE ze względu ich prawnej obrony.

Beneficyaci często się żalą, że w wykonywaniu prawa poboru drzewa doznają trudności, owszem, że przez sprzedawanie znacznych obszarów lasowych do wycięcia, połączone z zaniedbaniem kultury, oraz przez pożary samo prawo może być zagrożonem. Skargi te łączą oni z żądaniem obrony majątku kościelnego.

Wskazówki, w pewnym poszczególnym wypadku przez c. k. Prokuratoryę skarbu podane, udziela Konsystorz biskupi do wiadomości interesowanych i zastósowania.

W wypadku spustoszenia należy przedewszystkiem stwierdzić z możliwie największą dokładnością, czy spustoszeniu uległy także obciążone służebnością lasy, nadto ustalić, jakie były powody tego w szczególności; czy to były pożary, czy wycinanie lasów bez jednoczesnego zalesienia zrębów, czy w końcu nastąpiła zmiana kultury na parcelach niegdyś pod las zajętych.

Władzą nadzorczą nad lasami w myśl §. 23. ustawy lasowej i rozp. z dnia 3. lipca 1873 N. 261 dziennik ustaw kraj.—jest c. k. Starostwo, któremu tedy o spustoszeniu lasu i przyczynach spustoszenia donieść należy, żądając wkroczenia władzy państwowej zarówno ze względu na interes publiczny, jakoteż ze względu na to, że jest obowiązkiem władz politycznych czuwać nad utrzymaniem lasów obciążonych służebnościami, tudzież nad ich trwałem i wydatnem zagospodarowaniem (§. 9. ustawy lasowej i §. 8. powoł. rozp.), a to nietylko wtedy, gdy uprawniony wykonywaniem służebności swoich las niszczy, ale także i wtedy, gdy zobowiązany gospodarką lasową zagraża istnieniu praw ustalonych przy regulacyi serwitutów.

W szczególności w razie spustoszenia lasów służebnych przez pożary należałoby zażądać od Starostwa, ażeby w myśl §. 12. powoł. rozp. o nadzorze nad lasami starało się wyśledzić, jakie były przyczyny tych pożarów, i stósownie do wyniku dochodzeń zapobiedz, by w przyszłości takie pożary lasów nie niszczyły, a zarazem zarządzić zalesienie spalonych przestrzeni.

O ile chodzi o wyrębywanie lasów, względnie o zaniedbanie zalesienia zrębów uprawnione jest c. k. Starostwo do wydania zakazu wyrębu drzewa, gdyby wyrąb przekraczał dozwoloną roczną miarę, a nadto także do przymuszenia właściciela lasu oraz jego nabywców, by wyrąbane przestrzenie zalesiali (§. 2. ust. las. §. 4. rozp. wyżej powoł. i okólnik Namiestn. z 18. listop. 1891 l. 49761 i z 24. grudnia 1899 l. 13528).

W razie dokonanej już samowolnej zmiany kultury gruntów leśnych można domagać się od Starostwa, by po myśli §. 2. ust. las. i §. 4. powoł. rozp. zarządziło oddanie dotyczących parceli ponownie pod uprawę leśną.

Przedstawienie takie dotyczący Urząd parafialny wnieść winien do c. k. Starostwa bezpośrednio od siebie, nie żądając pośrednictwa c. k. Prokuratoryi skarbu, która w myśl swej instrukcyi nie jest powołaną do zastępywania probostw przed władzami administracyjnemi. Wskazanem zaś jest, by równocześnie z pismem do c. k. Starostwa Urząd paraf. odniósł się do c. k. Namiestnictwa, które ze swej strony niewątpliwie zarządzi co potrzeba, aby pustoszenie lasów dworskich ustało, i samo czuwać będzie nad swełnieniem swych zarządzeń.

O ileby chodziło u poszczególne pożytki z dworskich lasów, którychby Urząd paraf. nie mógł uzyskać mimo, iż one stały się już wymagalnemi, to ich zastępstwo, jako bieżącego dochodu również nie należy do c. k. Prokuratoryi skarbu.

O egzekucyę praw na ugodzie serwitutowej opartych, należałoby się w myśl §. 116. rozp. min. spraw wewn. z 31. października 1857 n. 218 zwrócić z wyraźnem powołaniem się na powyższą ugodę do c. k. Starostwa, które ze względu, że chodzi tu o grunta leśne, jest wyłącznie powołanem do przeprowadzenia kroków egzekucyjnych. Również oznaczenie i wyegzekwowanie ekwiwalentu pieniężnego w razie niemożności wykonania praw serwitutowych, należy według orzeczenia Trybunału administracyjnego z 5. kwietnia 1883 l. 689 (Budweiser n. 1720) jako kwestya egzekucyjna do orzecznictwa władz administracyjnych, jakkolwiek nie brak uzasadnienia zapatrywania, że dochodzenie ekwiwalentu tego jako szkody winno nastąpić w drodze cywilno prawnej. —

W końcu zwraca c. k. Prokuratorya skarbu uwagę na przepis §. 1488 u. c. wedle którego służebności ulegają przedawnieniu w przeciągu lat trzech, jeżli zobowiązany sprzeciwia się wykonaniu służebności, a uprawniony w przeciągu trzech po sobie następujących lat praw swoich nie dochodzi.

N. 776.

Komentarz do Małego Katechizmu.

Ks. Stanisław Tempiński, katecheta szkoły wydziałowej we Lwowie opracował na podstawie cennej książki ks. L. Wiedemagera t. zw. „Komentarz do Małego Katechizmu, zatwierdzonego przez Episkopat Austryacki. Dziełko to polecamy XX. katechetom i P. T. Duchowieństwu parafialnemu w przekonaniu, że im się niewątpliwie przyda i okaże bardzo praktycznem i pożytecznem przy nauce religii w szkole i katechizacyach parafialnych.

Cena egzemplarza 4 korony; do nabycia w Towarzystwie pedagogicznem we Lwowie ulica Frydrychów.

Sprawozdanie Towarzystwa św. Wincentego a Paulo w Grybowie.

Liczba członków zwyczajnych 18; honorowych 16. Miejsce zebrań: plebania. Liczba wspieranych przy końcu roku 1905 była 12.

Dochody: Tajne wkładki członków 402 kor. — Członkowie wspierający złożyli 223 kor. 74 hal. — kwesta 152 kor. — Kasa zaliczkowa grybowska 50 kor. — Razem 827 kor. 74 hal. — Remanent z roku 1904 był 510 koron 10 hal. — Razem dochody 1337 kor. 84 h.

Rozchody: Chleb, kasza, mięso, opał, ubranie 821 kor. — Święcone 104 kor. 72 h. — W gotówce dano 10 kor. — — za zbieranie katek 12 kor. — Inne 5 kor. — Razem 952 kor. 34 hal. — Zestawienie: Dochody 1337 kor. 82 hal. Rozchody 952 kor. 34 hal. — Remanent: 485 kor. 50 hal.

Karol Czapliński, prezes *Ks. L. Tarsiński* *Ks. Józef Kloch*, skarbnik.

Mutationes inter ven. Clerum.

Canon. institutus ad Benef. in Kamionka wielka R. Josephus Koterbski.

Translati: R. Carolus Suwada (sen.) e Cięszkowice ad Dębica — R, Joan. Pabis e Dębica ad Nowy Sącz — R Josephus Kaczmarczyk ad Cięszkowice — R. Franc. Siedlik Catech. e Nowy Sącz ad Niedźwiedź — R. Joannes Bajorski e Niedźwiedź ad Wadowice górne—R. Stanislaus Kalicki e Bolesław ad Kamienica in locum R. Franc. Staszałek qui nominatus est Capellanus incarceratorum in Wiśnicz — R. Franc. Gutfiński e Rzochów ad Wadowice górne — R. Franc. Mucha ex Jurków ad Rzochów — R. Josephus Piekarzewski e Kamionka wielka ad Kolbuszowa — R. Adalb. Woźniczka e Kolbuszowa ad Siedliska Bogusz — R. Michael Skura e Siedliska ad Bolesław — R. Adam Kurkiewicz e Bolesław ad Żegocina — R. Joan. Ciszek e Żegocina ad Jastrząbka stara — R. Joannes Pragłowski e Mielec ad Limanowa — R. Joannes Gawroński e Limanowa ad Mielec — R. Joannes Bajorski ad Tymowa — R. Adalb. Woźniczka e Siedliska ad Lubcza — R. Joannes Kwarciński e Brzozowa ad Siedliska—R. Franc. Kmieciński e Pilzno ad Brzozowa.

Nr. 2240.

Visitatio canonica Decanatus Limanovaensis.

Gravissimum muneris Nostri Pastoralis officium adimpleturi mense Junii anni currentis Ecclesias Decanatus Limanovaensis sequenti ordine visitare constituimus:

1. Die 11. Junii a. c. horis pomeridianis ad Ujanowice veniemus ibique et in Kamionka mała diebus 12, 13, et 14. Junii sacris fungemur officiis;
2. Diebus 15, 16. et 17. (ad meridiem) in Żegocina—die 15. consecratio Ecclesiae;
3. Diebus 17. (post meridiem) et 18. Junii in Nowe Rybie;
4. Diebus 19. et 20. Junii in Łososina górna;
5. Diebus 21. et 22. Junii in Słopnice królewskie;

6. Diebus 23. et 24. Junii in Limanowa;
7. Die 25. Junii in Kanina;
8. Die 26. Junii in Pisarzowa;
9. Die 27. Junii in Męcina.

Quae pro notitia Venerabili Clero communicantes, ordinamus, ut omnes Sacerdotes dioecesani — permittentibus rubricis — durante Visitatione sumant quotidie in Missa collectam: „De Spiritu Sancto".

Piis ad aram precibus commendatur:

anima p. d. **Josephi Czernecki,** Defic. parochi in Jurków, qui 12 Febr. a c. obiit.

anima p. d. **Gabrielis Hełpa,** Defic. par. in Zbyszyce, qui die 3 Martii a. c. mortuus est. Societati precum **adscriptus**.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 18. kwietnia 1906.

† LEON
BISKUP.

X. Władysław Chendyński
Kanclerz.

Nakładem Kleru dyecezalnego. Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie.